



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illvstrivm Virorum Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Ad Hieronymvm Aleandrvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

APOLLONII FLORENTIS. 23.

Mirare, Lector, quicquid est, ac suspice;  
Mentisq; magna dum legis vestigia,  
Latens adora numen (haud vana auguro,  
Humana si secundus aspicit Deus)  
Aperto adoraturus olim in lumine.

IS  
A D  
HIERONYMVM  
ALEANDRVM.

De morte Aldinæ catellæ festiuissimæ.

Ergo illa dulcis, illa multum amabilis,  
Illa albula, illa delicata, illa innocens  
Catella vixit? & tulere numina,  
Tua Aleander interire gaudia?  
Nec vlla castis inuocata versibus  
Lucina præsens (heu nefas!) laboribus  
Periclitantis affuit puerperæ?  
Nec ipsa, dudum cuius ignem acceperat  
Subblandientis aëta vi Cupidinis,  
Iniuriosa fata Cypris reppulit?  
Sed nos querelis quid fatigamus Deos?  
Summum Deorum facta crimen conqueri.  
Olim (& quis hoc non credat?) alma cœlitum

*Venus voluptas, alma pulcritudinis*  
*Dea, ut puellis usquequaque blandula*  
*Catella sœuit asidere bellulis,*  
*Habere & ipsa concupiuit candidam,*  
*Quicum iocosa luderet, caniculam.*  
*Nulla at peractis procreata sæculis*  
*Amore digna calitum canicula est.*  
*Modo ista amori destinata Cypridis*  
*ALDINA venit bella in auras luminis.*  
*Visam sibi hanc repente Diua surripit,*  
*Quâ nulla posthac pulcrior videbitur.*  
*Quare, Aleander, iam dolere desine.*  
*Ne tu occidisse crede quam desideras,*  
*Fallacis umbram dum vides imaginis.*  
*Quin gaude, & ultrò gratus offer muneri*  
*Diue, lepores quæ tibi dedit suos:*  
*Quæ nunc magis magisq; amica permanet*  
*Tibi, venustatemq;, & omnem calitum*  
*Pro munere isto comparabit gratiam.*

A D

F  
Ler  
Gu

Serena

Prisci P

Verum

Imbuta

Contami

Videre

Mirabile

Nunc t

Obducta

Calumq;

Non us

Non us

Euge o

Numenq;

Verè De